Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

aliquā formā vel virtutem que in terra remaneat
pro motionem artificis Igitur aliqua corpora
a superioribus agentibus aliquas actiones uel mo
tus participant nec est alter dictorū modorū hoc
esse si quia huiusmodi actiones consequantur aliquas
formas vel virtutes impressas corporibus elementatis
a superioribus agentibus uel quia huiusmodi actiones
consequuntur solam motionē elementorū corporū
a predictis agentibus Superiora autē agentia quam
elementorū et elementatorū corpora excedit sunt
non solum celestia corpora sed etiam superiores sbe
separate Ex a utrisque licet enim horū aliquē actiones
vel motus in corporibus inferioribus inveniantur quī
non processerūt ex aliqua forma corporibus inferioribus
impressa sed solum ex superiorū agentiū motione aliqua
maris fluentis et refluentis talem motū sortitur
propter proximitatem eli ex virtute lune non per aliquā
formam aque impressam sed per ipsam lune motonem
qua sed aqua movet a luna Apparent et magnaticorū
ymaginū quidam effectus qui procedunt non ex
aliquibus formis quas susceperunt predicte ymagines
sed a demonū actione qui in predictis ymaginibus
operantur quod quidē aliqui contingere credimus in
opere divina uel angelorū bonorū Et enim ad
umbram petri sanabantur infirmi uel quod tac
tum reliquiarū alicuius sancti aliqua egritudo
tollatur non fit per aliquā formā huiusmodi cor
poribus inditam sed solum per operationem divinam
qui huiusmodi corporibus utitur ad tales effectus
Nam festum est aut non omnes operones clemē
torū corporum occultas operones huiusmodi esse